

Cap. II. Rubrica de salario potestatis et de familia conducenda. Ac etiam de officio vicarii potestatis.

- 5 **O**rdinamus quod potestas habere debeat pro salario unius
 10 medii anni libr. mille et sexcentum par. et domum comunis, non faciendo comune aliquas alias expensas ei in aliquibus suis negociis, excepto quam in concamento domus. ¶ Quas expensas dominus potestas per se facere non possit nec aliquas alias in aliquo alio laborerio vel re, nisi de voluntate et consensu omnium trium iudicum comuniter et concorditer, sacramento et sub pena solvendi de suo. ¶ De quo vero salario solvatur in hunc modum: videlicet transactis tribus primis mensibus sui regiminis, habere debeat medietatem sui salarii predicti et in fine sui regiminis aliam medietatem, remanentibus
 15 de dicto suo ultimo salario libr. ducentis par. in manibus camerarii pro suo syndicatu usque ad complimentum syndicus; quod salarium recipere non debeat nisi de manu camararii comunis, sub pena centum libr. par. pro potestate et nullo modo aliter habere possit denarios a comuni. ¶ Et si pro salario potestatis necesse fuerit facere vedaticum, tunc quilibet
 20 masarius Tergesti pro rata honorum suorum pro libra et pro soldo solvat, quod vedaticum fieri non debeat // ultra salarium potestatis. ¶ Et si potestas steterit ultra terminum sex mensium, expectando ¹⁾ novum potestatem, tunc sibi solvatur pro
 25 rata eius tenporis quo ultra steterit, et regat ut primo. ¶ Et si casus occurrerit, quod deus a(d)vertat, quod potestas moriretur ante tenpus complementi sui regiminis, sibi solvatur tunc pro rata tenporis quo stetisset. ¶ Qui vero potestas pro dicto salario conducere debeat secum ad regimen civitatis Tergesti
 30 et tenere per totum tenpus sue potestarie duos iudices iure peritos, duos sotios sive millites, sex domicellos, sex baruerios, unum chocum, duos scutiferos, qui omnes sint homines legitime etatis; et si conduceret aliquem de predictis de Istria non habeatur pro iudice millite sotio vel familia, et incontinenti

¹⁾ *explectandum.*